



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Quantum Societatem illustrarit, ac propagarit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

censebat Prouinciarum Præpositis non modo ut bona semper diuini verbi Præconum suppeteret manus, ac literarum studia, in primis linguarum florarent, vt quo illinunt Hæretici melle venena, eodem Orthodoxi lenire medicamenta possent; sed etiam vbi de more Collegia inspectarent, nominatim inquirerent, & quasi rationem reposcerent, quid proprio anno proximo ad restitutionem Ecclesiæ tentatum, deque novo inceptum esset: quam multi ab errore deducti: quot in recto calle retenti, confirmatique, & huius generis alia.

His autem ipse curis non modo publicam religionis rem immensum iuuit, sed etiam Societatem per septentrionis regiones illustravit vsq; eo, atq; disseminauit, vt meritò parens haberi debeat Prouinciarum quatuor, Austriæ, & Germaniæ superioris, tum Rheni, atq; Poloniæ. Nec de prioribus duabus dubitatio residuebit, q; quæ supra narrata sunt, viderit, ac meminerit. Atqui Rhenanā quoq; ei deberi planum est, qui primos Coloniæ socios etiam patrimonio aluit suo, & ad bencuolentiam Carthusianorum Patrum, multorumq; Ciuium aditum eis patefecit. Primus deniq; cum Leonardo Kesselio relictus à Fabro est colonus

*Quantum So-  
ciatem illa-  
strat, ac pro-  
pagat.*

Aa 2 cius

eius domicilij: vnde singulari studio eam Ciuitatem, vnaq; Collegium in omni vita est prosequutus, & commoda utriusque nunquam venari, & curare destitit cunctis viribus suis. Porro Collegium Treuirensse, Moguntinum, Heribopolitanū, Antistites earum urbium Canisij commoti auctoritate suscepereunt condenda: cum illo prima seuere consilia: ille apud Præpositum Generalem promouit. Poloniæ vero notam ipse societatem & coram, & per literas fecit. Stanislaum quidem Hosium, qui Brunsbergense Collegium Polonicæ Prouinciæ, primū semen, posuit, virtutes eius conciliauere. Quid multa? Tam celebris pereat terrarum sola viri incedebat fama, vt imperiti rerum, & ante omnes Hæretici ipsum ferrent Canisium autorem familiæ Iesuitarū. Iure igitur quodam per studiosum eum religionis communiter, tum sodalitatis priuatim huius administrum usque ad ea tempora reseruauit, idque ei solatij, & gaudij præbuit bonus Dominus, vt pariter hanc late propagatam, atq; illam tot velut propugnaculis communitatam videret: utrumque suarum fructum, nec leue pretium ærumnarum.

Annum

